

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sacerdos x
cum fonte primo

Nullum ab aliis
maius preiudicium quam a sacerdotibus
tolerat Deus, quando eos quos ad
aliorum correctionem posuit, dare de se
exempla prauitatis cernit.

Plerumque quod est grauius sacerdotes
qui propria dare debuerant, eciam aliena
diripiunt; plerumque si quos humiliter,
si quos continenter uiuere conspiciunt,
irrident.

Gregorius in omelia XVII.

Nullum puto, fratres carissimi, ab aliis
maius praeiudicium quam a sacerdotibus
tolerat Deus, quando eos quos ad
aliorum correctionem posuit, dare de se
exempla prauitatis cernit,
quando ipsi peccamus, qui compescere
peccata debuimus.

Plerumque, quod est grauius, sacerdotes
qui propria dare debuerant, etiam aliena
diripiunt. Plerumque, si quos humiliter,
si quos continenter uiuere conspiciunt,
irrident.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 1, 17, 14 (CCSL 141, R. Étaix ed., pp.128-9, ll.318-324).